

# QUAESTIONUM

SEPTEMDECIM

## IN EVANGELIUM SECUNDUM MATTH.

Liber unus.



Quæst. I. [Matth. cap. ii, § 16.] Quod dictum est, occisos infantes a bimatu et infra, significatum est humiles habentes geminam charitatem, tanquam parvulos bimos posse mori pro Christo.

II. [Ib. x, 27.] Quod dico vobis in tenebris, id est, cum adhuc in timore carnali cœlis, quia in tenebris est timor; dicit in lumine, hoc est, in fiducia veritatis, accepto Spiritu sancto: *Et quod in aure auditis, prædicate super tecta*, id est, quod in secreto auditis, calato carnis domicilio prædicate.

III. [Ib. x, 34-36.] Nolite arbitri quia venerim pacem millere in terram; non veni pacem millere, sed gladium: *veni enim separare hominem adversus patrem eum*. Quia renuntiat quis diabolo, qui fuit filius ejus. *Et filiam adversus matrem suam*: plebem Dei adversus mundanam civitatem, hoc est perniciosa generis humani societatem, quam nunc Babylonia, nunc Ægypto, nunc Sodoma, nunc aliis atque aliis nominibus Scriptura significat. *Narum adversus socrum*: Ecclesiam adversus Synagogam, quæ secundum carnem Christum peperit sponsum Ecclesiæ. Dividuntur autem gladio spiritus, quod est verbum Dei (Ephes. vi, 17). *Et inimici hominis domestici ejus*: cum quibus, antea consuetudine implicatus era.

IV. [Ib. viii, 1-3.] Quod autem descendens de monte, posteaquam præcepta illic discipulis et multitudini dedit, *leprosum statim, extendens manum suam, curat*; significat eos qui de illis implendis dubitabant, suo auxilio ab hujusmodi varietate mundari.

V. [Ib. viii, 20.] Quod Dominus dixit scribæ qui eum sequi voluit, *Vulpes foveas habent, et volucres cœti tabernacula*; *Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet*, intelligitor miraculis Domini commotus propter inanem jactantiam eum sequi voluisse, quam significant aves: floxisse autem discipuli obsequium, quæ scilicet vulpium nomine significata est. Reclinatione vero capitis humilitatem suam significalavit, quæ in illo simulatore ac superbo non habebat locum.

VI. [Ib. viii, 22.] *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*. Mortuos hic non credentes dixit: mortuos autem suos, qui nihilominus sine fide de corpore exirent.

VII. [Ib. x, 14.] *Excute pulverem de pedibus vestris*: aut ad contestationem laboris terreni, quem pro illis

inaniter suscepissent; aut ut ostenderent usque aëo se ab ipsis nihil terrenum querere, ut etiam pulvorem de terra eorum sibi non paterentur adhædere.

VIII. [Ib. x, 16.] *Estate ergo prudentes sicut serpentes*: ad cavendum malum, in capite custodiendo, quod est Christus. Nam serpens totum corpus pro capite objicit persequenti: vel quod per angustias so coartans veteri tunica exutus innovatur. Quod imitantur quibus dictum est, *Intrate per angustum portam* (Matth. vii, 13); cum vetere homine extuntur. Nam si cavendum malum ita moneret, ut violenter resistendum esset malis, non supra dixisset, *Mitto vos sicut oves in medio luporum*. Simplices autem sicut columbas esse voluit, ad nulli nocendum. Nam hoc genus avis nullum omnino animalium necat; non solum grandium, contra quæ vires non habet, sed etiam minutissimorum, quibus etiam perparvi passeres aluntur. Est autem omnibus irrationalibus animantibus una quedam inter se societas, sicut etiam rationalibus sua, id est hominibus, non solum secum, sed etiam cum Angelis. Discunt ergo ex similitudine columbarum nulli prorsus nocere ad societatem suam pertinenti participation rationis.

IX. [Ib. xi, 25.] *Confiteor tibi, Pater, Domine cœls et terræ*. Notandum confessionem ponit in laude Dei. Non enim peccata Dominus confitebatur, quæ nulla habebat, præsertim quia eum exultantem hoc dixisse alius evangelista commemorat (Luc. x, 24): quamquam et verba ipsa quæ dicit non habeant dubitationem, quod in laude Dei dicantur. Ergo confessionem vocat Scriptura generaliter quidquid manifeste, sicut cernitur, enuntiatur. Nam et illud quod ait, *Si quis me confessus fuerit coram hominibus, confiteor et ego eum coram Patre meo* (Matth. x, 32); vel sicut alibi est, *coram Angelis Dei* (Luc. xii, 8): non utique peccata confitetur qui Christum confitetur. Quod si propterea putant aliqui confessionem vocari, quia pro crimen objiciatur Christi nomen tempore persecutionis; numquid ita etiam Christus coram Patre vel coram Angelis hominem qui se confessus fuerit confitetur? Est etiam in Ecclesiastico ita positum, *Et hæc dicetis in confessione, Opera Domini universa, quoniam bona valde* (Eccli. xxxix, 20),

ADMONITIO PP. BENEDICTINORUM.

Quæstionum septemdecim in Matth. liber ad eosdem codices collatis est ac precedens opus Quæst. Evang., exceptis Michaelino et Arnulfensi, in quibus hic liber non reperitur.

Comparavimus præterea eas omnes editiones initio Retractationum, t. 1, memoratas. M.

21). Quo in loco indubitanter Dei laudes exaggerantur. Ille dicta sunt propter imperitiam fratrum, qui cum legente lectore audient hoc verbum, pectora statim tundunt, non attendentes quo loco dicatur, quasi non possit nisi peccatorum esse confessio.

X. [lb. xii, 1-8.] Notandum de eo quod silete faciem videbatur Iudeis, quod discipuli sabbato spicas evulsissent, unum exemplum datum regis potestatis de David, alteram sacerdotalis de iis qui per ministerium templi sabbatum violant: ut multo minus ad ipsum evulsarum sabbato spicarum crimen pertineat, qui verus rex et verus sacerdos est, et ideo Dominus sabbati.

XI. [lb. xiii, 25-30, 36-43.] 1. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus et superseminavit zizania in medio tritici, et abili. Cum negligenter agerent praepositi Ecclesie, aut cum dormitione mortis acciperent Apostoli, venit diabolus et superseminavit eos quos malos filios Domines interpretantur. Sed recte queritur utrum haeretici sint, an male viventes catholici. Posunt enim dici filii mali etiam haeretici, quia ex eodem Evangelii semine et Christi nomine procreati, pravia opinionebus ad falsa dogmata convertuntur. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videntur illi significari qui unius communio- nis sunt: verumtamen quoniam Dominus agrum ipsum, non Ecclesiam, sed hunc mundum interpreta- tas est, bene intelliguntur haeretici, quia non sociate unius Ecclesie vel unius fidei, sed societate so- litus nominis christiani in hoc mundo permiscentur bonis: ut illi qui in eadem fide mali sunt, palea potius quam zizania deputentur; quia palea etiam funda- mentum ipsum habet cum frumento, radicemque communem. In illa plane sagena, qua concluduntur et mali et boni pisces (*Matth. xiii, 47-50*), non ab- surde mali catholici intelliguntur. Aliud est enim mare, quod magis mundum istum significat; aliud engena, quae unius fidei vel unius Ecclesie communio- nem videtur ostendere. Inter haereticos et malos catholicos hoc interest, quod haeretici falsa credunt, illi autem vera credentes non vivunt ita ut credunt.

2. Solet autem etiam queri, schismatici quid ab ha- reticis distent; et hoc inveniri quod schismaticos non fides diversa faciat, sed communionis disrupta socie- tas. Sed utrum inter zizania numerandi sint, du- hitari potest. Magis autem videntur spicis corruptis esse similliores, sicut scriptum est, *Venit autem cor- rumpetur filius iniquus* (*Sap. iv, 4*): vel paleis aristorum fractis, vel scissis et de segete abruptis. Quo enim altiores, id est, superbiores, eo fragiliores le- vioresque sunt. Nec tamen consequens est ut omnis haereticus vel schismaticus corporaliter ab Ecclesia separetur. Si enim falsa de Deo credit, vel de aliqua parte doctrinas quae ad fidei pertinet sedificationem, ita ut non querentis cunctatione temperatus sit, sed inconsciente credens, nec omnino scientis opinione atque errore discordans, haereticus est, et foris est animo, quoniam illa extra radicata sunt, neque inter aristorum paleam, quae se etiam frumentis audet asperga-

re. enim tales portat Ecclesia, quia non ita defendunt fa- sitatem sententiae suae, ut intentam multitudinem fa- ciant: quod si ficerint, tunc pelluntur. Item, qui- cumque invident bonis, ita ut querant occasiones excludendi eos, aut degradandi; vel crimina sua sic defendere parati sunt, si objecta vel prodiita fuerint, ut etiam conveanicolorum segregations vel Ecclesie perturbationes cogitent excitare; jam schismatici sunt, et ab unitate corde dissocii, etiam non inver- ti: occasionibus aut occultis facilis suis Sacramenta Ecclesie corporali conversatione socientur.

3. Quapropter illi soli catholici mali recte deputantur, qui quamvis vera credant quae ad fiduci doctrinam per- tinent, et si quid forte neacutum querendum existi- ment, et salva pietate discutiant sine aliquo prejudi- cio ipsius veritatis, et bonos vel quos bonos putan- tarent atque honorent quantum possent; tamen flagi- tiose atque facinorose vivant, contra quam viven- dum esse credunt. Tales enim etiam produntur aut accusentur, pro disciplina Ecclesie salutisque sua causa correpli, vel a communiione suspensi, nullo modo sibi recedendum esse a communiione catholica existimant, quoquamque <sup>1</sup> permisæ fuerint satisfac- tionis querentes locum: et aliquando per posse- titam in frumenta mutantur, sive correpli, sive remodi, sive etiam verbo Dei nullo nominaliter accusante aut increpante portentri. Aliquando autem etiam sub nomine posseitatem ita vivunt ut solent, aut non multo minus, quidam etiam amplius; nullo modo tamen a catholica unitate discedunt. Quibus ita vi- ventibus si mors obrepserit, palea deputantur usque in finem. Hoc etiam ipsi credunt: nam si aliter cre- dent, et inconcurrent, jam inter haereticos nu- merandi sunt, putantes omnibus Deum, etiam in magna iniuriate usque in finem vita perseverantibus, tantum quia Ecclesie unitatem, non sincera dilectione (nam bene viverent <sup>2</sup>), sed magis penarum ti- more tenerunt, veniam daturum. Iti ergo non hoc credunt, vel non firmiter opinantur, nisi adhuc for- sitan querunt: sed magis eos decipit spes dilatatio- nis, dum se diutius victuros putant, et perditos mores ali- quando in melius mutaturos. Contra quos dicitur: *Ne tardes converti ad Dicem, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira ejus, et in tempore vindictæ disperdet te* (*Ecli. v, 8, 9*). Illi enim convertuntur, qui recte vivere incipiunt; hoc est enim ad Deum redire: qui autem concupiscentias suas perseveranter se- quuntur, dorsum quodammodo habent ad Deum, quamvis in unitate constituti sepe illum retro collig- conentur aspicere. Ergo et isti, ut ait Prophetæ, caro sunt, et spiritus ambulans et non revertens (*Psal. lxxvi, 39*). Sed tamen, ut dictum est, propter eamdem illa- dem atque unitatem Ecclesie, neque inter zizania, quoniam illa extra radicata sunt, neque inter aristorum paleam, quae se etiam frumentis audet asperga-

<sup>1</sup> Sic *Mos. vii, 13* editi, a communiione catholica fidel existi- ment, quoniam docunq[ue]as, etc.

<sup>2</sup> Nam omnes, nam bene viverent: quod in pluresque *Mos. reperiuntur. At Am. Er. et Lov. habent ejus loco, nisi ut bene viverent. Vaticanus codex, ut bene viverent.*

descensione et fragili elatione superimponere, sed quamvis subjectam frumentis, tamen inter paleam que ultima ventilatione separanda est, numerantur.

4. Boni autem catholici sunt, qui et fidem integrum sequuntur et mores bonos: quod autem ad fidei doctrinam pertinet, ita querunt, si quid querendum habent, ut absit concertatio periculosa, vel querenti, vel ei cum quo queritur, vel eis qui disserentes audiunt. Ita autem docent, si quid docendum habent, ut peccata et confirmata securissime, et fidentissime, et lenipaim, ut possunt, insinuent: insutata vero, etiam veritatis manifestatione liquidissima perceperunt, querendi potius quam praecipiendi aut affirmandi modo, propter audientis infirmitatem. Si enim tantum habet pondus aliquod verum, ut vires discensit excedat; suspendendum est ut extendat crescentem, non impouendum ut obtorat parvulum. Inde est illud Domini: *Sed Filius hominis cum venerit, putas, invenerit fidem in terra* (*Luc. xviii.*, 8)? Aliquando autem et occultandum est, sed cum spe bortatoria, ut non faciat desperatione frigidiores, sed desiderium expatiatores. Inde est illud ejusdem Domini: *Multa habebis vobis dicere; sed non potestis portare modo* (*Joan. xvi.*, 32). Quod vero ad mores pertinet, hoc bene et breviter dicitur: aut configendum est cum amore temporalium honorum, ut non vincat; aut etiam edomitus subditusque eas debet, ut cum surgere coepit, facile reprimatur; aut ita extinctus, ut se omnino nulla ex parte commoveat. Ex quo sit ut etiam ipsam mortem propter veritatem alii fortiter obeant, alii sequanimitter, alii libenter. Quae tria genera fructus sunt fertilis terra, triceni, et sexageni, et centeni (*Mauth. xiii.*, 8, 23). In horum aliquo genere inveniendus est tempore mortis suorum, si quis de hac vita recte cogitat emigrare.

5. Toleranda sunt autem non solum zizania usque ad messem, quae cum diabolus aspersis pravis erroribus falsaque opinionibus superseminasset, hoc est, praecedente nomine Christi haereses superjecisset, magis ipse latuit atque occultissimus factus est; hoc est enim, *Et abit*: sed etiam palea usque ad ventilationem. Nec probatur foris gravitas frumentorum, nisi palea perturbationibus, quas qui comprimere non potuerit veritate defensa, cesserit unitate servata. Quanquam in hac parabola Dominus, sicut in ejus expositione conclusit, non quedam, sed omnia scandala, et eos qui faciunt iniuriam, zizaniorum nomine significasse intelligitur.

XII. [lb. xiii., 26-30.] 1. Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Cum enim spiritualis homo esse coepit dijudicans omnia (*I Cor. ii.*, 15), tunc ei errores incepit apparere. Servi autem dixerunt ei: *Vix, innus, et colligimus ea?* Utrum ipse sunt servi, quos paulo post messores appellat? an quia in expositione parabole messores dixit esse Angelos, nec quisquam facile dicere ausus fuerit Angelos neacuisse quis zizania superseminaverit, et ea tunc apparuisse Angelis cum herba fructum fecisset; magis oportet intelligi homines ipso fideles servorum

nominis: hoc loco significatos, quos etiam bona summa dicit? Nec mirum si et bonum semen ipsi dicuntur, et servi patrisfamilias: sicut et de se ait, quod et ipse sit janus, ipse sit pastor (*Jogn. x.*, 7, 11). Ex diversis enim significationibus una res etiam plures et diversas similitudines recipit. Præsertim quia cum ad seruos loqueretur, non alt, *In tempore messis dicam vobis, Colligit primum zizania; sed Dicem, inquit, messoribus*. Unde intelligitur colligendorum zizaniorum ad comburendum alia esse ministeria, nec quemquam Ecclesie filium debere arbitrari ad se hoc officium pertinere.

2. Cum igitur esse quisque spiritualis coepit, cognoscit errores haeticorum, et omnino dijudicat atque discernit quidquid audierit aut legerit abhorre a regula veritatis: sed donec in eisdem spiritualibus persiciatur, et quodammodo maturescat in fructum quem herba dedit, potest cum movere, quare sub nomine christiano tam multæ haeticorum existentia salitantes. Inde est quod servi dicunt, *Nomine bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania?* Deinde cum cognoverit hanc excogitasse fraudem diabolum, cum contra tanti nominis auctoritatem nihil se valere sentiret, ut fallacias suas eodem nomine obtegeret; potest ei suboriri voluntas, ut tales homines de rebus humanis auferat, si aliquam temporis habeat facultatem; sed utrum facere debeat, iustitiam Dei consulti utrum hoc ei præcipiat, vel permitat, et hoc officium esse hominum velit: hinc est quod servi dicunt, *Vix, innus, et colligimus ea?* Quibus quia Veritas ipsa respondet, non ita hominem constitutum esse in hac vita, ut certus esse possit qualis quisque futurus sit postea, cuius in praesentia cernit errorum, vel quid etiam error eius conferat ad provectum honorum; non esse tales auferendos de hac vita, ne cum malos conatur interficere, bonos interficiat, quod forte futuri sunt; aut bonis obsit, quibus et inviti forte utilies sunt: sed tunc opportune fieri, cum jam in fine non restat vel tempus communandi vite, vel proficiendi ad veritatem ex occasione atque comparatione alicui erroris; tunc autem hoc non ab hominibus, sed ab Angelis fieri: inde est quod respondet patrisfamilias, *Non; ne forte colligentes zizania, eradicetis simul et triticum: sed in tempore messis dicam messoribus*, et cetera. Atque hoc modo eos patientissimos et tranquillissimos reddit.

3. Quæsi autem potest, quod ait, *Alligate fasciculos ad comburendum*, cur non unum fascem, aut unum acervum zizaniorum fieri dixit? Nisi forte propter varietatem haeticorum, et non solum a tritico, verum etiam a seipsis discrepantium, ipsa uniuscujusque haereses propria conventicula, in quibus singillatim sua communione devincti sunt, nomine fasciculorum designavit: ut tunc incepint alligari ad comburendum, cum a catholica communione segregati suas proprias quasi ecclesias habere coeperint; ut combustio earum sit in fine seculi, modo alligatio fasciculorum. Sed si ita esset, non jam multæ resipescendo, et in Catholicam remaneando ab errore desci-

scerent. Quapropter et alligatio fasciculorum in fine futura est, ut non confuse, sed pro modo persistitatis suæ uniuscujusque erroris pertinacia punatur.

**4. Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul et triticum.** Utrum quia etiam boni cum adhuc infirmi sunt, opus habent in quibusdam malorum commixtione, sive ut per eos exerceantur, sive ut eorum comparatione magna illis exhortatio fiat, ut nitantur ad mollius, quibus sublatis altitudo charitatis quasi evulsa marcescat, quod est eradicator? Nam sic ait Apostolus: *Ut in charitate radicati et fundati, possitis comprehendere* (Ephes. iii, 17, 18). An forte ideo simul eradicatur triticum, cum auferuntur zizania, quia multi primo zizania sunt, et postea triticum sunt? qui nisi patienter, cum mali sunt, tolerentur, ad laudabilem mutationem non pervenient: itaque si evulsi fuerint, simul eradicatur et triticum, quod futuri essent, si eis parceretur.

**XIII. [lb. xiii, 45, 46.] Simile est regnum caelorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. Invenit autem una pretiosa margarita, abiit et vendidit omnia quæ habuit, et emi eam. Quæstio est cur a numero plurali ad singularem transierit, ut cum querat homo bonas margaritas, unam inveniat pretiosam, quam venditis omnibus quæ habet, emat. Aut ergo iste bonos homines querens, cum quibus utiliter vivat, inventit unum praे omnibus sine peccato, mediatorum Dei et hominum, hominem Christum Jesum (I Tim. ii, 5): aut præcepta querens, quibus servatis cum hominibus recte converteretur, inventit dilectionem proximi, in quo uno dicit Apostolus omnia contineri; ut, *Non occides, non machaberis, non furaberis, non falsum testimonium dices, et si quod est aliud mandatum, singula margarita sunt, quæ in hoc sermone recapitulantur, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum* (Rom. xii, 8, 9). Aut bonos intellectus homo querit, et inventit unum illud quo cuncti continentur, in principio Verbum, et Verbum apud Deum, et Verbum Deum (Joan. i, 1), lucidum candore veritatis, et solidum firmitate æternitatis, et undique sui simile pulchritudine divinitatis, qui Deus, penetrata carnis testudine, intelligendus est. Ille enim ad margaritam ipsam jam pervenerat, quæ in tegumentis mortalitatis, quasi concharum obstaculo, in profundo hujus saeculi, atque inter duritas saxeas Judæorum aliquando latuerat: ille ergo ad ipsam margaritam jam pervenerat, qui ait, *Et si noveramus Christum secundum carnem, sed nunc jam non novimus* (II Cor. v, 16). Nec ullus omnino intellectus margarite nomine dignus est, nisi ad quem discussis omnibus carnalibus tegminibus pervenitur, quibus sive per verba humana, sive per similitudines circumpositas operitur, ut purus et solidus et nusquam a se diasonans, certa ratione cernatur. Quos tamen omnes veros et firmos et perfectos intellectus unus ille continet, per quem facta sunt omnia, quod est Verbum Dei (Joan. i, 3). Quodlibet autem horum trium sit, vel si aliquid aliud occurtere potuerit, quod margarite unius et pretiosæ nomine**

bene significetur, pretium ejus est nos ipse: qui ad eam possidendum non sumus liberi, nisi oranibus pro nostra liberatione contemptis, que temporaliter possidentur. Venditis enim rebus nostris, nullum eorum magis accipimus pretium, quam nos ipsoe: quia talibus implicati, nostri non eramus: ut rursus nos ipsoe pro illa margarita demus, non quia tanti valeamus<sup>1</sup>, sed quia plus dare non possumus.

**XIV. [lb. xiii, 45.] Et oculos suos clauderunt, ne quando oculis videant: id est, ipse causa fuerunt ut Deus eis oculos clauderet. Alius enim evangelista dicit, *Excavavit oculos eorum.* Sed utrum ut nunquam videant? an vero ne vel sic aliquando videant, cecitate sua sibi displicentes, et se dolentes, et ex hoc humiliati atque commoti ad confienda peccata sua, et pio querendum Dominum? Sic enim Marcus hoc dicit, *Nequando convertantur, et dimittantur eis peccata* (Marc. iv, 12). Ubi intelliguntur peccatis suis meruisse ut non intelligenter, et tamen hoc ipsum misericorditer eis factum, ut peccata sua cognoscereant, et conversi veniam mererentur. Quod autem Joannes hunc locum ita dicit. « Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaías, Excavavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ut non videant oculis, et intelligent corde, et convertantur, et sanem eos » (Joan. xii, 39, 40); adversari videtur huic sententiae, et omnino cogere ut quod hic dictum est, *Nequando oculis videant, non accipiatur, Ne vel sic aliquando oculis videant, sed prorsus, Ut non videant: quandoquidem aperte ita dicit, Ut oculis non videant.* Et quod ait, *Propterea non poterant credere, satis ostendit non ideo faciam illam excæcationem, ut ea commoti et dolentes se non intelligere, converterentur aliquando per penitentiam; non enim possent hoc facere, nisi prius credent, ut credendo converterentur, conversione sanarentur, sanitatem intelligenter: sed ideo potius excæcatos, ut non crederent. Dicit enim apertissime, Propterea non poterant credere.***

**2. Quod si ita est, quis non exsurgat in defensionem Judæorum, ut eos extra culpam suis proclameret, quod non crediderunt?** Propterea enim non poterant credere, quia excavavit oculos eorum. Sed quoniam potius Deus extra culpam debet intelligi, cogimur sati aliis quibusdam peccatis ita eos excæcari meruisse: qua tamen excæcatione non potuerunt credere. Verba enim Joannis ista sunt: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaías, Excavavit oculos eorum.* Frustra itaque conamur intelligere, ideo suis excæcatos, ut converterentur<sup>2</sup>, cum ideo converti non poterant, quia non credebant, et ideo credere non poterant, quia excæcati erant. An forte non absurdie dicimus, quosdam Judæorum suis sanabiles; sed tanto tamen superbio tumore pericitatos, ut eis expediterit primo non credere, et ad hoc suis excæcatos, ut non intelligerent Dominum luquentem per parabol-

<sup>1</sup> MSS. plerique, non quia tanto valet.

<sup>2</sup> Am. Er. et Lov., ut non converterentur. Expungenda hinc negatio, quæ nec est in MSS., nec in antiqua editione suscipiens, nec apud Rabanum, qui hunc locum translatit in lib. 4 Comment. super Matthæum.

las, quibus non intellectis, non in eum crederent. non credentes autem, cum ceteris desperatis crucifigerent eum; atque ita post ejus resurrectionem converterentur, quando jam de reatu mortis Domini amplius humiliati, vehementius diligenter a quo sibi tantum scelus dimissum esse gauderent: quoniam tanta erat eorum superbia, ut tali humiliatione esset dejicienda? Quod incongrue dictum esse quilibet arbitretur, si non ita contigisse in Actibus Apostolorum manifestissime legerit (*Act. ii, 37*). Non ergo abtorret quod ait Joannes, *Propterea non poterant credere, quia excœcavit oculos eorum ut non videant*, ab ea sententia qua intelligimus ideo excœcatos ut convertereatur; hoc est, ideo eis per obscuritatem parabolæ occultatas sententias Domini, ut post ejus resurrectionem salubriore pœnitentia resipiscerent: quia per obscuritatem sermonis excœcati, dicta Domini non intellexerunt, et ea non intelligendo, non in eum crediderunt, non credendo crucifixerunt cum; atque ita post ejus resurrectionem miraculis, quæ in ejus nomine siebant, exterriti, majoro criminis reatu compuncti sunt et prostrati ad pœnitentiam, deinde accepta indulgentia ad obedientiam, flagrantissima dilectione conversi.

5. Nam quibus non profuit illa exœcitæ ad conversionem, quæ per linguam parabolæ siebat, ita de illis propheta alio loco dicit, quod etiam Apostolus commemoravit cum de obscuritate linguarum ageret: *In aliis linguis, et in aliis labiis loquar populo huic, et nec sic me exaudient, dicit Dominus* (*1 Cor. xiv, 21*; *Isai. xxviii, 11*). Non enim diceretur, *Nec sic me exaudient*, nisi ad hoc fieret, ut vel sic exaudirent: id est, ut eis ad humilem confessionem, et sollicitam inquisitionem, et obedientem conversionem, et ferventem dilectionem valeret. Eat vero etiam ista ratio medicina corporalis. Nam et pleraque medicamenta prius affligunt ut sanent, et ipsa collyria quæ ad oculos pertinent, si ea opus est intrinsecus infundi, nisi sensum videndi prius claudant et perturbent, prodeesse non possunt.

4. Nec moveat quod idem propheta dicit, *Nisi credideritis, non intelligetis* (*Isai. vii, 9, sec. LXX*); quasi contrarium sit quod Joannes ait, *Propterea non poterant credere, quia excœcavit oculos eorum*; id est, quia illæ parabolæ ita dicebantur, ut ab eis non possent intelligi. Dicit enim alquis: Si ut intelligerent credere debebant, quomodo propterea non poterant credere, quia non intelligebant, hoc est, *quia excœcavit oculos eorum?* Sed quod ait Isaias, *Nisi credideritis, non intelligetis*, de illa intelligentia dictum est, in qua semper manebitur, rerum ineffabilium: cum autem dicitur quod creditur, nisi quod dicitur intelligatur, credi non potest. Intelligenda sunt ergo dicta, ut credantur quæ dici potuerunt: credenda autem quæ dici potuerunt, ut intelligantur quæ dici non possunt.

5. *[lb. xiii, 34.] Et sine parabolis non loquebatur eis.* Non quia nihil proprie locutus est, sed quia nullum fere sermonem explicavit, ubi non aliquid per parabolam significavit, quamvis in eo aliqua et pro-

prie dixerit: ita ut sepe inveniatur totus sermo ejus parabolis explicatus, totus autem proprie dictus nullus inveniatur. Explicatos autem sermones dico, quando ex aliqua occasione rerum incipit loqui quo usque terminet quidquid ad ipsam rem pertinet, et transeat ad aliud. Nonnunquam sane alius evangelista contextit, quod alius diversis temporibus dictum indicat. Non enim omnimodo secundum rerum gestarum ordinem, sed secundum suæ quisque recordationis facultatem, narrationem quam exorsus est ordinavit.

XVI. [lb. xiii, 51, 52, 44.] *Intellexistis hæc omnia?* Dicunt ei: *Etimam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrisfamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.* Utrum ista conclusione exponere voluit quem dixerit thesaurum in agro absconditum: quoniam sanctæ Scripturæ intelligentur, quæ nomine duorum Testamentorum, Novi et Veteris, concluduntur; quemadmodum apud alium evangelistam, gladium bis scutum tali conclusione videtur exponere (*Apoc. i, 16*)? An quia in parabolis ista locutus est; et cum quæsisset ab eis utrum intellexissent, responderunt se intellexisse; fortasse ista similitudine ultima patrisfamilias proferentis de thesauro suo nova et vetera, ostendere voluit eum dictum habendum esse in Ecclesia, qui etiam Scripturas veteres parabolis explicatas intellexerit, ab istis novis accipiens regulas? Quia et ista Dominus per parabolas enuntiavit, quamvis ipse Christus esset finis illorum; id est, ut in eo illa vetera completerentur: ut si ipse in quo illa completerentur et manifestarentur, per parabolas adhuc loquitur, donec ejus passio velum discindat, ut nihil sit occultum quod non reveletur; multo magis illa quæ ad commendandam tantam salutem tam longe de illo scripta sunt, parabolæ opera esse neverimus: quæ cum Judæi ad litteram acciperent, noluerunt esse docti in regno cœlorum, neque transire ad Christum, ut auferretur velamea quod supra cor eorum positum est<sup>1</sup>.

XVII. [lb. xiii, 55 et 56.] 1. *Frates ejus, Jacobus, et Joseph, et Simon, et Judas, et sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? unde ergo huic omnia ista?* Et scandalizabantur in eo. Frates apud Judæos dici solere cognatos usque adeo probatur, ut non solum ex propinquæ generationis gradu, sicut sunt filii fratrum et sororum, qui etiam apud nos usitatissime fratres dicuntur; sed etiam avunculus et sororis filius, sicut sibi erant Jacob et Laban, fratres appellati inveniantur (*Gen. xxix, 15*). Non ergo mirum est dictos esse fratres Domini ex materno genere quoscumque cognatos; cum etiam ex cognitione Joseph dici potuerint fratres ejus ab eis, qui illum patrem Domini esse arbitrabantur (*a*).

2. Generalem justitiam non violat quis, nisi libidine transgressus fuerit aut placitum societas humanæ,

<sup>1</sup> In editione Ratisponensi inseritur hic quæstio in illa verba Matth. cap. 24, v. 36: *De die autem illo et hora nemis scit, etc., sed quia nihil differt ab ea quæ inter octoginta tres Questiones ordine est sexagesima.*

(a) Hic terminatur opusculum in editis Rat. Am. Er. et in Ms. Vaticano, Sorbonico, Cisterciensi: nec reliqua vidimus, nisi apud Lov. et in Ms. Victorini duobus ac uno Corbaciensi voluminissimo.

curas ad huius corporis subditum, ineritum, et huiusmodi vel curiarum certe non conseruaria, cunctis, benscuris conservatis conservabuntur sed peccatis: sed uerba et maledicta, certe vel impudentia saepe ad ipsorum quos agnoscet vel impudentiam certe vel latentes omnes quos agnoscet, cum quo exigitur conservatio omnis spiritus agnoscatur, et uocatur.

Si tamen certe iuribus legatorum conservare debet priusnam de ipsius uite deinde de aliis hereticiis, que per se vel idem consilium inveniatur, et fortissimum per se uite omnesque praeceptum non existentem ducatur, ut non uocandis omnes heretici personae corporales facere per se de uite suis agere ut de eis uocari posset.

Si huiusmodi uocatio uocatim statuta est semper et aperte uite de hoc vel amissione: res ipsa uoluntas et uocatio uite non habent etiam membra; Ideo modo hoc uocatio non videtur. Nam uero fuerunt in Illo Veritate membra quae fuit auctor, et ipsa uocatio homini- et de aliis praeceptis est, quoniam si pictor velut si papa fiduciam datur, et cogit uel noverit locum uocandi de proprio arbitrio: futurum in uita habet, et uocatio existet, et in existentia, quamvis certa et a propria uocantibus uocantur. Nisi omnis creatura

et ipsa hanc quoque ipsius Sapiencia personam uocante et membris membraque genitrix est, in ipso sapientia tristitia Dei uocatio simpliciter uocatur, quoniam non quaque tempus officia, qui pertinet a fine usque ad finem fortior, et dispositio omnis mortali atque in se uocans invocat omnia (Sap. viii, 1, et seq., 27).

5. Item quando quis uult uelle mori, si sic uelle mori peruerterat, qui jam habet suorum fidem et uidet quo sibi peruenientibus sit, ad hoc jam proficit, ut Ebenezer de hac vita desiderat. Non enim hoc est videtur quo sibi peruenientibus sit, quod est etiam amore illud, et ibi jam esse desiderare: quod in cuius anima effectum faciet, necesse est ut Ebenezer moriatur. Prudens itaque dicunt quidam, qui jam suorum fidem tenent, ideo se uelle mori ut proficiant, cum ipse profectus eorum in eo profecta sit, ut mori velint. Si ergo verum loqui volant, non dicant, Ideo mori nolo, ut proficiam; sed, Ideo mori nolo, quia parum profici. Itaque mori uolle fidelibus non consilia est ut proficiant, sed indicium quod parum proficerent. Prinde quod nolant, ut perfecti sint; velint, et profecti sunt.

## ADMONITIO DE CIRCEAESTIBUS IN JOANNEM TRACTATIBUS.

IN HOC LIBRO

Hoc librum huiusmodi titulatur, ut Augustinus in Joannem Tractatus adscripserimus anno Christi supra quadragesimum octavo decimo, aut proximo post tempore. Certe quidem hunc evangelistam cum exponere, sappeditum estibum tam Catholicecum eum Donatisticu[m] pugna; quando in factiosis illis revincendis tam multos tamque uolumen habuit et. Doctor: praeferuimus quod ad id usque temporis schismaticum eorum altare stabat Hippo: unde in Tractatu super ejusdem Joannis Epistolam (cui minime exponende Epistle, inchoata dedimus in intermissione puncto per Evangelii tractatione, dicit operam), in huc verba conqueritur, *Quid facient in hac ciuitate domini nostri?* Quod uero in tempore etiam antea Carthaginensi Collatione, que cum Donatistis anno 411 habuimus, refutat quies; attamen quia per hos ipsos, de quibus agimus in Evangelio Tractatibus, non potum Prodiginatione libera, ut res maxima explorata, proponitur in Tract. XLV, LXVII, LXVIII, LXXXI, CV, etc, etc., sed etiam perciuuntur tacito nomine Pelagiani in Tract. LM, LXVI, LXXXI, LXXXVI, etc, huc proposito intelligere licet easdem Tractatus non ante quadringentesimum et undecimum Christi annos, quo prius daretur in Utrum Pelagiana heres, uolunt fuisse. Sed alio argumentum, quo sit ut in annis quadringentesim duorum sextum a nobis remittantur, supposuit longe expressius ex Tract. CX, ubi Nicodemus annos venisse ad Christum, ut quis d'omnibus audiendo fieret, probat Augustinus hac ratione: *Quid certe, nisi, uero te uocantibus eorum uocatio? Etiamque (que uocant) anno quadringentesimo decimo quinto prope finitum facta est: sive omnibus portatis deciderem.*

Iustus primo enarratibus Tractatus pertinente hanc in re uite habebat. Prima, exempli gratia, die dominica, postmodic secundum se preueniente in hoc ipso Tract. u. iudicat. Ebassem uero factum dominico die quadragesima sexta, ut Tract. XXII: postea vero quadrigesimas quintas, ex Tract. XXVI, dictus fuit. Trigesimus quartus tristitia exprimitur, praeferuimus dantes certitudinem, ut et cuiusque etiando ut pereratione patet, uoluimus et mundus: trigesimus secundus die dominica, ex Tract. LXVII. Sic octauus, nonus, et decimus: ut tunc uero. Et ministrum illius ex illis et LXVI, singul. cunctis conuentibus dictus preuenient significatur. Incessum. Augustinus uero dicit habendis certitudines, dicens: *Uero illius preterire, vel sine intelligi, quod omnes inseparabilem uocantem omnem diuinam in Tract. VIII, exponit, et in LXVI, profecti de Evangelio aut tractatibus: diligenter et recte et certe uocantur dies tristis in testa, quae omnibus die habent, dicti sunt per tempora. Et tunc, apprehensum per omnes tristitiae fuisse preterire, omnibus tristibus. Testimonia contra summuntur, tu non es datus uocantibus omnem preterire, quae forte uerba sunt, qui possunt accommodari sicut quibus scribentibus uocantibus expromuntur, ut in Tractatu uerba sunt. Ex illis uocis*